Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dine. periculis in mari. periculis in falsis fratribus.
in labore et erumpna: in vigiliis multis: in
fame et sitj: in ieuniis multis: in frigore et
nuditate Preter illa que extrinsecus sunt: in
stancia mea cottidiana sollicitudo omnium ecclias
Quis infirmatur. et ego non infirmor Quis
scandalizatur. et ego non uror Si gloriari oportet:
que infirmitatis mee sunt gliabor Deus
et pr dni nri ihu xpi: scit qui est benedictus in secla
quod non mentior Damascenus prepositus gentis are
tie regis custodiebat ciuitatem damascenorum
ut me comprehenderet Et per fenestram in sporta
dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius
Si gloriari oportet: non expedit quidem Venia
autem ad uisiones et reuelationes dni Scio hominem
in xpo ante annos quatuordecim siue in corpore
nescio: siue extra corpus nescio deus scit rap
tum huiusmodi usque ad tertium celum Et scio hui
modi hominem: siue in corpore siue extra corpus.
nescio. deus scit: quoniam raptus est in paradisum.
et audiuit arcana uerba: que non licet homini loqui
Huiusmodi gloriabor: pro me autem nichil gliabor
nisi in infirmitatibus meis Nam et si uoluero
gloriari: non ero insipiens Veritatem enim dicam
Parco autem: ne quis me existimet supra id quod uidet
in me: aut audit aliquid ex me Et ne magni
tudo reuelacionum extollat me: datus est mihi
stimulus carnis mee angelus sathanae ut me
colaphizet Propter quod ter dnm rogauit ut dis
cederet a me: et dixit mihi Sufficit tibi gra
tia mea Nam uirtus in infirmitate perficitur Libenter